



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118472

§. 24. Magnus Magister in suo Palatio a Turcarum Imperatore salutatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66495)

Sæc. XVI. co; ceterum a religione, quam a tua
 A.C. 1522. diversam profiteor, discedere, impietas,
 & ignaviæ foret, quæ nullam ex-
 cutionem mereretur. Unde nil am-
 plius a te, Princeps potentissime, exoro,
 quam ut tuis Ministris injungere velis,
 ne discessus meus, meorumque nava-
 tio ullen tenus turbetur. Id lubenter pre-
 cibus tanti Viri datum, cui etiam Soli-
 manus manum suam deosculandam
 porrexit.

§. XXIV.

*Magnus Magister in suo Palatio
 a Turcarum Imperatore
 salutatus.*

*Jac. de
 Bourbon.
 hist. du Siege
 de Rhodas
 p. 682.*

Biduo post, nimirum in ipso Nativita-
 tis Christi Salvatoris festo vigesima
 quinta Decembris die Solimanus ur-
 bem, quam recens suo imperio subje-
 rat, possidendam ingressus est, ipsumque
 Magistrum, qui suum adhuc palatum
 incoluerat, invisit, multisque honorum
 significationibus cumulatum etiam Pa-
 trem suum appellavit, hortatusque est,
 ne tristitia sese opprimi pateretur, sed
 invicto animo adversæ fortis invidiam
 toleraret. Referunt Scriptorum non-
 nulli, Solimanum absque præsidio ac
 comitatu, nonnisi unico a cubiculis Mi-
 nistro, eoque inermi adventasse, simu-
 que,

que, ubi Magistrum valere jussisset, di- Sæcul. XVI.
A.C. 1523.
 xisse, „Quamvis huc solus venerim, va-
 „lidum tamen præsidium mihi deesse,
 „haud existimes velim; mecum enim,
 „quod toto meo exercitu mihi pretio-
 „sius est, defero fidem ac sinceritatem
 „tam illustris Magni Magistri, totque
 „generosissimorum Equitum fidelita-
 „tem „ postea ad Achimetem Belli-
 ducem, qui eum comitabatur, conver-
 fus dixit, „non sine animi mei dolore
 „bonum hunc Senem Christicolum e
 „domo sua exire compellor. „ Verum
 Magister hac salutatione honoratus, u-
 nice intentus erat, ut suppellectilem
 suam triremibus imponeret, ac tandem
 ipse e portu solveret.

§. XXV.

Ismaelis Regis Persarum obitus.

Quo tempore Solimanus Rhodi obsi- Bizar. rer.
Persic l. 10.
versus fin.
Leunclav.
ann. Turc. l.
16. & in
Pandect.
Paul. Jov.
elog. l. 5.
Spond. ad
hunc an. n. 24.
 dione distinebatur, celebris Ismael
 Sophi I, seu Rex Persarum hujus no-
 minis primus, patre Scheilk Haidar, &
 Matre Usum-Cassani Filia ortus in civi-
 tate Sammagiae haud procul Taurisio
 mortalitatem exuit, non nisi quadra-
 ginta & unum annos natus, quamvis
 alii Scriptores, illum quadragesimum
 quartum ætatis annum attigisse refe-
 rant, ejusque obitum ad annum Do-
 mini'